



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Mammillarum incrementa quomodo prohibeantur. Cap. XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

gat, nam eas dealbat, vritq;) tandi absterendo, quo-
adusque nitidissimos feceris. Perfectissimam iam de-
scripsimus in medicis.

Mammilarum incrementa quomodo prohibeantur.

C A P. XXXVI.

INTER mulierum ornamenta, maxime hoc præstans
est, mammillas paruas, rotundas, solidas, non laxas,
aut rugosas à partu habere. Sic possumus

Mammilarum incrementa prohibere,

Si volumus. Contundatur cicuta, eiusq; magmata cum
aceto virginum yberibus imponantur, & sic coercent,
vt crescere non patiantur, præcipue hoc in viuinitate:
quamquam solito deneget lacte tempore. At si vis

Molles & relaxatas coercere.

Alba argilla, ouia albumen, omphacitis galla, mastiche,
thus, terantur, calidoq; aceto immisceantur, & illinatur
mammæ, & integra nocte commorenuntur, & illic esse si-
nantur. Si parum fuerit efficax, opus ianouato. Iuuant
& ad hoc mespi li ossa, immatura sorba, siluestria pru-
na, acacia, malicorium, balaustium, immaturæ nuces
pineæ, siluestria pira, & plantago, si aceto ebulliant o-
mnia, & mammis apponantur, aut horum aliqua. An-
tiquitus ad id laudabatur cos naxia, quam nos acuendo
ferru deterimus, ad virginum mammas cohibendas;
nec increscere patiebatur, ex Dioscoride. Galenus au-
tem non solum mammarum incrementum prohibere
dixit, sed pueris testes crescere non pati. Nos autem ex
alchimillæ herbæ succo extracto, & linteis in eo made-
factis, & mammis impositis, & renouatis utimur: nam
non solum virginum mammas increscere non patitur,
sed matronarum laxas cohibet, & solidas efficit. Effi-
cacious si eius herbæ decocto utamur, & si aliqua ex his
quæ supra memorauimus, adiunxeris, videlicet hipo-
cistidem, malicorium, & similia. Sic etiam aqua ex vi-
ridibus conis pineis extracta stillatorijs vasis, relaxatas
retrahit, & virginum more rotundas, duras, & solidas
redit.

Bb